

Les *Annotationes in Pandectas* (1508) de Guillaume Budé

Éléments de bibliographie

L. DELARUELLE, *Guillaume Budé. Les origines, les débuts, les idées maîtresses* [1907], réimpr. Genève, Slatkine, 2012, p. XX-XXXIII et 93-129 ; D. R. KELLEY, *Foundations of Modern historiographical scholarship : language, law and history in the French Renaissance* [1970], New York, Columbia U.P., réimpr. 1992 ; G. KISCH, *Erasmus und die Jurisprudenz seiner Zeit. Studien zum humanistischen Rechtsdenken*, Bâle, Helbing & Lichtenhahn, 1960, p. 177-226 et 495-503 ; D. MANTOVANI, « L'elogio dei giuristi romani... », dans *Studi per Giovanni Nicosia*, t. V, Milan, Giuffrè, 2007, p. 145-208 ; L.-A. SANCHI, « Per la ricezione di Poliziano in Francia... », *Archivum Mentis*, 3 (2014), p. 233-246 ; ID., « Autour de l'humanisme juridique », dans O. Descamps (dir.), *Les Sources du droit à l'aune de la pratique judiciaire*, Paris, Éd. Panthéon – Assas, 2018, p. 27-35 ; ID., « Idées et expressions de la justice dans l'œuvre de Guillaume Budé », dans J.-M. Joubert, F. Ploton-Nicollet (dir.), *Pouvoir, lettres, normes*, Paris, Classiques Garnier, 2018, à paraître ; H. E. TROJE, *Graeca leguntur*, Cologne/Vienne, Böhlau, 1971 ; ID., *Crisis Digestorum. Studien zur historia Pandectarum*, Francfort s/Main, Klostermann, 2011 (en part. p. 14-16).

Budé, Mommsen et les carnets de Politien

(*Digesta Iustiniani Augusti*, éd. Th. Mommsen, P. Krüger, Berlin, Weidmann, 1870, t. I, p. xv)

[...] Sed quod hodie plerique credunt tribus hisce voluminibus [*scil.* collat. de F sur l'éd. Venise, 1485-1486] studia a Politiano in Digestis Florentinis posita omnia contineri, aliter se habet. Nam extat codex aliquando Petri Victorii, iam Monacensis cod. Lat. 755 [...], collectanea continens Petri Criniti, Politiani discipuli, et, in his, f. 59-124, legum inscriptiones quotquot extant in Digestis [...] scriptas manu aut Politiani aut amici eius, fortasse Uberti : unde iam explicatur cur, in collatione, eas inscriptiones a IV fere libro adscribere desierit.

Quem librum [...] mea causa diligentissime excussit H. Foeringer, bibliothecarius Monacensis, eundemque monuit esse ipsum « quaternionem manu Politiani scriptum » quem apud Petrum Crinitum Florentinum vidit Guilelmus Budaeus (*Annot. Priores in Pand.*, [ad D.] I, 3, 30, p. 184 ed. Lugd. [Gryphius] 1561 : cf. Brenemannus, *Hist. Pand.*, p. 314). Nam quae inde edidit Budaeus, ea inveniuntur in libro Monacensi, f. 114^v.

Autour d'Ogmios, l'Hercule gaulois

(Lucien, *Héraclès*, 1-6 ; voir G. Budé, *Opera*, t. III, Bâle, 1556-1557, p. 169-170)

D., XI, 3, 1, 3, texte de l'édition Mommsen-Krüger :

1. *Ulpianus libro XXIII ad edictum.*

Ait praetor : QUI SERVUM SERVAM ALIENUM ALIENAM RECEPISSE PERSUASISSEVE QUI EI DICETUR DOLO MALO, QUO EUM EAM DETERIOREM FACERET, IN EUM QUANTI EA RES ERIT IN DUPLUM IUDICIUM DABO.

¹. Qui bona fide servum emit, hoc edicto non tenebitur, quia nec ipse poterit servi corrupti agere [quia nihil eius interest — quod est absurdum *Iust. ? (Pernice)*]. Sed nec eum cui bona fide homo liber servit hanc actionem posse exercere opinamur.

². Quod autem praetor ait « recepisce », ita accipimus...

³. Persuadere autem est plus quam compelli atque cogi sibi parere. Sed persuadere τῶν μεσῶν ἐστίν, nam et bonum consilium quis dando potest suadere et malum : et ideo praetor adiecit DOLO MALO, QUO EUM DETERIOREM FACERET...

³. Persuadere autem est plus quam <suadere : nam qui persuadet, tamquam> compelli< et qua<si> cogi< sibi parere Mommsen (similiter Noodt)

Sens de l'expression *bonum et æquum*

(Celse, D. I, 1, 1, pr. ; Budé, *Opera*, cit., p. 1-2 ; 3)

¹ Ex lege prima, De iustitia et iure : *IUS EST ARS BONI ET ÆQUI*) Accursius, hunc locum enarrans, « aliud bonum » esse censet, « aliud æquum », nec satis hoc explicat. [...].

Iulianus [*sic* ; Gai., D., XLIV, 7, 2, 3], de contractibus bonæ fidei loquens, « In his contractibus », inquit, « alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex bono et æquo præstare oportet », id est non de eo solo quod cautum est. Quod etiam « ex bona fide » dicitur alibi ab eodem. Paulus [D., XLIV, 7, 34, pr.] : « Desiit enim bonum et æquum esse iniuriarum condemnare eum qui æstimationem præstitit. » Papinianus [D. XLVII, 12, 10] : « Quæsitum est an ad hæredem necessarium, cum se bonis non immiscuisset, sepulchri uiolati actio pertineret. Dixi : Recte eum hac actione experiri, quæ in bonum et æquum concepta est. » Id est, ut inquit Accursius [*ib.*, gl. *Quæsitum*], « non seruato iuris rigore », scilicet quanti æquum esse uidebitur.

Aristoteles, l. V Ethicorum de iustitia et iure copiose disputans, duo hæc tanquam differentia ponit, non tanquam genere diuersa, « ius » et « æquum bonumque », id est, ut ipse [*cf.* 1137b, 11-12] appellat, τὸ κατὰ τὸν νόμον δίκαιον καὶ τὸ ἐπιεικές. « Bonum et æquum », inquit [1137b, 8-9], « cum sit cuiusdam iuris, ius est præstantius » – uel « melius » [= βέλτιον] – « non autem ut genus aliud æquum et bonum iure præstantius sit ». Porro « *Æquum et bonum ius* est non illud quidem lege comprehensum, » id est legitimum, [*ib.*, 12-13] « sed legitimi iuris emendatio », hoc est ἐπανόρθωμα τοῦ νομίμου » [...].

Idem, in III Politicorum [1282b, 2-5] : « Oportet », inquit, « leges recte latas summam potestatem habere ; magistratum, uero, siue unus, siue plures sint, eorum potestatem habere de quibus lege cauere satis exacte non potest. » Hac igitur ratione τὸ ἐπιεικές ut Aristoteles uocat, id est æquum et bonum, « emendatio est iuris scripti », quod ipse [*E.N.*, 1137b, 26-29] « τὸ δίκαιον » appellat, « quatenus scilicet aliter de nonnullis statuit de quibus lex ferri non potuit in uniuersum ; quod ipsum ut fiat decreto opus est », uel « plebiscito » [= ψήφισμα]. « Quippe indefinitarum rerum indefinita et norma esse debet : ut, quemadmodum in Lesbia structura plumbea norma adhiberi solet, quæ ad lapidis formam transformari possit et subinde immutari, sic ad huiusmodi species rerum, cum usus uenerit, decreta accommodari oportet legi derogantia » [*E.N.*, 1137b, 29-32 ; *cf.* Vitruv., *Arch.*, IV, 6]. Τοῦ γὰρ ἀορίστου ἀόριστος καὶ ὁ κανὼν ἐστίν, ὥσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολίβδινος κανὼν. πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται καὶ οὐ μένει ὁ κανὼν, καὶ τὸ ψήφισμα πρὸς τὰ πράγματα.

Quibus uerbis (si quidem recte uertimus) Aristoteles significat eos iudices quibus ex bono et æquo iudicare aut legibus, aut moribus licet (cuiusmodi sunt suprema tribunalia, quæ præscripto iuris usquequaque ² non adstricta sunt, id est quæ interdum pro re nata liberam causarum disceptationem habent) æquo et bono ita uti debere ut cæmentarii, fabri et structores Lesbia norma utuntur. Cum enim cæteri fabri soleant structuras suas ad normam exigere, Lesbii soli, plumbeam normam habentes, pro arbitrato suo flexibilem et subinde mutabilem, ita ad normam structuram suam exigunt ut, interdum si lapidis natura non facile ad structuram æquabilis peruicerit, normam ad structuram inflectant, quo scilicet opus suum consummari possit. Sic et suprema tribunalia interdum non modo iuris præscriptum, sed ne suarum quidem sententiarum præiudicia sequuntur, prægrauante æqui bonique lance in perpendendis temporum, personarum, locorum et aliis qualitibus. Proinde, Aristoteles uno uerbo « *epiïces* » [= ἐπιεικές] appellat quod nostri « æquum et bonum » dicunt et interdum « æquitatem », ut Aristoteles « *epiïcian* » [= ἐπιεικείαν].

Male igitur et inscite Accursius æquum et bonum distinxit.

[...] ³ [...] « Noli esse iustus multum neque plus sapias quam necesse est » [*Eccl.*, VII, 17]. Μὴ γίνου δίκαιος πολὺ καὶ μὴ σοφίζου περισσά. Id est : noli esse ἀκριβοδίκαιος, ut Aristoteles uocat [*cf.* *E.N.*, 1137b,35 – 1138a,1 (reproduit en grec)].

Autres références au t. III des *Budæi Opera* – Arboriculture : p. 154-156 ; Carnets de Politien : p. 67 et 116 ; Commentaire à Pomp., *Enchir.* : p. 26-62 (en part. p. 26-27, D., I, 2, 2, 2 et 4) ; Constructions : p. 162 ; Critique de la Vulgate (NT) : p. 56-58 et 261-262 ; Jeux publics : p. 130-132 et 163 ; Leçons de F : p. 257-258 ; « *Princeps legibus solutus* » (D. I, 3, 31) : p. 67-69 ; Sénat, Aréopage et Parlement : p. 72-102 ; Termes juridiques extra CJC : p. 33-54.